Augustinus et ait: Vir non dimittit uxorem suam sive diformem corpore, sive membris debilem, sive cecam, sive claudam, sive doloribus infectam, nisi causa fornicacionis. Et ideo oportet, quod vir sit cum uxore et e converso in quacumque infirmitate, fuerit et poposcerit carnale debitum, vir persolvere debet.

Nota, diceres: Tamen Moises concessit hoc Iudeis, quod essent separabiles a mulieribus eorum, ut patet Matthaei 5º. Respondetur, quod Moises inspexit hoc, quod Iudei sepius uxores eorum interfecerunt, sicut cum fuerunt nimis antique vel indisposite vel quia ipsi Iudei indurati fuerunt cordis. Modo Moises volens hoc mitigare, | concessit Iudeis, quod potuerunt D 84v[b] uxores eorum dimittere. Debuit sibi dare libellum repudii, id est literam, in qua erat suspectum vel | scriptum, quare eam repudiavit, id est dimisit. Sed B 269b modo iam non sic debet fieri sive mulier sit disposita sive indisposita, sive debilis sive sana; semper debent esse inseparabiles salvis causis prioribus.

Ultimo dicitur in diffinicione matrimonii 'consensus' et per hoc vult beatus Augustinus, quod coniunccio carnalis non facit coniugium, sed consensus, sicut patet per Joseph, cui angelus dixit – Matthaei 1º: Accipe Mariam, coniugem tuam, ubi fuit coniugium sine carnali copulacione. Et consensus talis est duplex: Aliquis est sine contraccione et ibi absolute est coniugium, | alius est cum contraccione isto modo, quod primo fit K 59v[a] contraccio et post inter virum et mulierem fit consensus, ut frequenter accidit. Ille sequens consensus facit coniugium et supplet, quod precedens contradixit.

---

1 Vir...3 fornicacionis] cfr Decretum magistri Gratiani, pars 2, C. 32, q. 5, c. 18, p. 1137. lin. 37; cfr PETR. LOMB., *Sent.*, 4, 34, 6 (PL 192, 928); cfr AUG., *De sermone Domini in monte*, lib. I, par. 54, lin. 1319 (CPL 0274) (PL 34,1257); cfr. HUGO S. VICT., *Sent.* PL 176, col. 0169. **19** coniunccio...consensus] cfr AUG., *Sermones de Scripturis*, sermo 51, cap. 13 (PL 38,344).

---

1 dimittit] diligit *P*, dimittat *D* **3** nisi] sine *D* | oportet] *om. D* | cum] sine *D* **4** infirmitate] infirmitatis (?) *E* | fuerit] *om. E* | carnale] carnalem *ED* **6** diceres] dicens *E* | Moises] Moyses *BDP* (**grafika, vyhodit**), Moises *E* **7** separabiles] separabiles viri *B* | 5o] V *D*, Vº *EKP* (**vyhodit**) **8** Moises] Moyses *BPD* (**grafika, vyhodit**), Moises *E* | sepius] *om. E* uxores...interfecerunt] interfecerunt uxores eorum *B*, eorum uxores interfecerunt *D* **9** indurati fuerunt] fuerunt indurati *D* **10** cordis] corde *B* | Modo...mitigare] Modo Moises volens mitigare *iteratur* (**PCH**) *E* | Moises] Moyses *DP* (**grafika, vyhodit**) | hoc] *om. E* potuerunt...eorum] Iudei possunt eorum uxores *D* **11** dimittere] dimittere et *D* | Debuit] Debent *E*, et dabant *D* | dare] *om. D* | id est] aut *E* **12** erat] est *D* | vel | scriptum] *om. E* **13** non sic] sic non *D* **14** salvis] salius (?) *P* | causis] casibus *D* **18** per] *om. E*, propterea *D* hoc] *om. D* **19** coniunccio] coniugacio *E* **20** cui] sui (**PCH?**) *D* | 1o] 1 *D*, 1º *EKP* (**vyhodit**) **22** est[2]] *om. D* **23** est] *om. E* | fit] sit *D* **24** contraccio] conpaccio *D* | et[1]] ut *D* | virum...fit] mulierem et virum sit *D* | ut] ubi *E* **26** contradixit] contradicit *E*, contraxit *D*

---

6 Moises] cfr Deut. 24, 1. **7** Matthaei] cfr Matth. 5, 31 **10** Moises] cfr Matth. 19, 7; cfr Marc. 10, 4 **20** Accipe...tuam] cfr Matth. 1, 20